AUGUSTINUS. HIERONYMUS
Saint-Amand (?) und Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 336
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



ad imperatorem redierunt · non recte iudicatū · neq: omnem
causam auditā esse conquesti sunt · Unde ille alterū episcopale
iudicium dedit habendum in hare latensi galliae ciuitate ·
ubi multi uestri uana & diabolica dissensione damnata · Cum cae
ciliano · In concordiam redierunt · Alii uero ꝑtinacissimi · & liti
giosissimi · ad eundem imperatorem apellauerunt · Postea
& ipse coactus episcopalem causam inter pastes cognitā termi
nauit · & primus contra uestram pastem legem constituit ·
Ut loca congregationum uestrarū fisco uindicarentur · Quarū
omnium rerum documenta si uellemus inserere · nimium longa
litteris faceremus · Illud tamen nullo modo praeter mittendū est
quomodo felicis aptungensis · quem fontem omniū malorum
in concilio casthaginensi absecundo tigisitano primatae · patris
uestri · fuisse dixerunt · urgentibus apud imperatorem uestris ·
publico iudicio causa discussa atq: finita sit · Nam memoratus
imperator in hac ipsa causa uestros apud se accusatores & assi
duos interpellatores litteris suis fuisse testatur · quarū ex
emplum infrascripsimus · Imperatores · caesares flauii · con
stantinus · maximus · & ualerius · licinianus · licinius · adꝓbianū
ꝓconsulem africae · helianus · ꝓdecessor tuus · merito dum uir
ꝑfectissimus uerus · uicarius praefectorū · tunc ꝑ africā nostrā
incommoda ualitudine teneretur eiusdem pastibus functus ·
inter ceteras etiam id negotium uel inuidiā · quae de caeciliano
episcopo ecclesiae catholicae uidetur esse commota · ad examen
suum atq: iussionem · credit esse reuocandam · Et enim cū tam
superium centurionem · & caecilianū magistratuū aptugnita
norum · & saturninum ex curatore · calibium iuniorem eiusdem
ciuitatis curatorem · atq: solum seruum publicū suprascriptae
ciuitatis praesentes esse fecisset · audientiā praebuit compe&en
tem · adeo ut caeciliano fuisset obiectum quod a felice eidem